

www.e-rara.ch

Omnia Andreae Alciati ... emblemata

Alciati, Andrea

Parisiis, MDLXXXIX [1589]

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 8216

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-33325>

Claud. Minos iurisc. lectori, S.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CLAVD. MINOS

IURISC. LECTORI, S.

QUOD solet iis liberis contingere, qui extra nuptias nati non sic audenter patrem ciere possunt, ne pudorem eius onerent, si tamen ea sint indole & iis moribus ut non indigni suorum conditione videantur, postmodum à patre vel agnoscuntur, vel adoptionis iure aliquo eos liberorum in numerum aggregant, nec naturales modo, sed & legitimi aut certè ciuiles appellantur: Idem de meo hoc qualicumque libello non temerè dixerim, quem cum primis meæ pubertatis annis inchoassem, & ex amicorum arbitratu edi essem passus, volitare ita sæpe per manus hominum cœpit, & famam nescio quam auctori suo ac parenti quærere, ut iam septies vel eo plus Antuerpiæ primum apud Christophorum Plantinum nobilem Typographum, tum Lutetiæ cusus ac recusatus, & aliquoties per me illustratus, nondum tamen suis omnibus numeris absolutus (quod non nisi homini otio abundanti licuit) si non placere omnino saltem non displicere primum visus sit, nec alio sane nomine quàm quod eruditus viris non plane improbaretur. Sic itaque tandem ex communis famæ calculis me eo pellexit ac flexit ut se agnoscerem haberemque liberorum iure ac numero, quasi qui paterno nomine se non prorsus indignum præstaret. In quo tamen ne me communis decipiat *φιλαυτία*, velim ex fide bona hoc

temperamentum & quasi cautionem adiici vt quan-
diu studiosis literarum proderit habeatur pro meo,
meisque in sacris maneat: sin autem vilitate sua vel
(quod ita dixerim) inertia videbitur ad piper vel
scombros amandandus, aut conquiescat aut lateat, vel
quod de suo Aiace olim Cæsar Augustus sub spongia
hæreat, nequid hac mea scriptione horis studioforum
melioribus præiudicium afferatur. Licet enim, si con-
sultis credimus quod noceat nemini & aliis profit,
facile condonandum videatur si quid tamen vel incu-
ria vel humana parum cauit natura hac vel superiori-
bus editionibus, quas ego quidem polire melius
nondum contigit aliis atque aliis negotiis auocatus,
spero me breui nouam & postremam editionem ad-
ornaturum cum multis forteque non pœnitendis ac-
cessionibus quas ad vmbilicum pene iam perduxif-
sem, si vacui temporis vsura paulo benignior mihi
permissa esset. Cuius rei fidem sum tibi propediem
facturus Lector, si modo ea quam non semel pro tuo
candore sum expertus tua æquanimitas mihi, ad per-
ficiendum quod incœpi augeat industriam. Vale.